

1297, abril, 8

Ferrer de Corçà, cavaller, i la seva esposa Ferrera, venen a Guillema de Sarrià, cambrera de Sant Daniel, totes les rendes i drets que reben a Corçà, pel preu de l. 080 sous.

ASD núm. 326, perg. orig., 590 x 325 mm.

Sit notum omnibus quod nos Ferrarius de Quarciano miles et Ferraria uxor ipsius, non inducti ui neque dolo, set gratis et ex certa sciencia, pro magna utilitate nostra, per nos et omnes nostros uendimus et tradimus uohis Guilielme de Sarriano, camerarie monasterii Saricti Danielis Gerunde et officio camere dicti laci et succedentibus uestris per liherum et franchum alodium in perpetuum omnes census et agraria, dominia et iura quos et que accipimus et hahemus et accipere et . hahere dehemus in honoribus et possessionibus infrascriptis qui sunt in parrochia Sancti Iuliani de Quarciano, scilicet: unam · einiinam frumenti honi et pulcri ad mensuram de Monellis quam anuatim censualiter in festo Sancti Felicis accipimus et accipere dehemus in quodam campo quem in loco uocato Agnis pro nohis tenet Raimundus Palacii; et afrontat ah oriente in honore Marie Niele et ah accidente in torrente. Et tascham expletorum quam accipimus et accipere dehemus in quadam fexia terre uocata deç Codenyas, quam quantum ad dimidium pro indiuiso idem Raimundus pro nohis tenet; et afrontat ab oriente in torrente et ah accidente in honore Raimundi Iohannis. Et tascham expletorum quam accipimus et accipere dehemus in quadam fexia terre quam in loco uocato Rexach idem Raimundus pro nobis quantum ad dimidium pro indiuiso tenet; quarum predictarum duarum fexiarum alia medietas pro inçliuiso tenetur pro capellano ecclesie dicti loci. Et tascham et braciaticum expletorum quam accipimus et accipere debemus in quodam campo quem in loco uocato Col tenet Maria de Pontsuyer, et affrontat ab oriente in camino, ah accidente in uia publica. Et tascham et braciaticum expletorum quam accipimus et accipere debemus in campo uocato de Rosellis, quem pro nobis tenet Burgesia, filia Michele Pagesie; et affrontat ah oriente in honore Guilielmi de Colle et ah accidente in honore Bernardi Dominici. Et tascham expletorum quam accipimus et accipere dehemus in quodam campo uocato Guardia, quem idem(sic) Burgesia pro nobis tenet; et affrontat ab oriente in honore Petri de Torrente et ah accidente in honore Bernardi Dominici. Et duos solidos barchinonenses monete de temo et unum caponem et unam eiminam bladi ad mensuram de Monellis quos et quem a:pnuatim censualiter in festo Natalis dicta Burgesia nobis facit racione cuiusdam borne uocate Petri Pagesii in festo Natalis Domini. Et tascham expletorum et hraciaticum que accipimus et accipere debemus in quodam campo uocato des Codenyas, quem pro nobis tenet Petrus Ueguerii et censu quem annuatim in eodem accipimus et accipere debemus, scilicet uno armo duas gallinas et in alio anno tres gallinas in festo Omnium Sanctorum; et afrontat ab oriente in terra Bernardi de Rexacho et ab accidente in uinea Bernardi de Rexacho et in camino. Et tascham et braciaticum expletorum uinee et terre in qua sedet, quam Petrus Caneti pro nobis tenet in loco uocato Saual; et affrontat ab oriente in carraria et ab accidente in uinea Poncii Petri. Et unam eiminam frumenti ad mensuram de Monellis, quam annuatim censualiter infesto Sancti Felicis accipimus et accipere debemus in quodam campo quem in loco uocato Col Guilielmus de Catiano pro nobis tenet; et afrontat ab oriete in terra Poncii Petri, et ab

accidente in torrente. Et tascham et braciaticum expletorum quem accipimus et accipere debemus in medietate campi uocati Eymerici, quem Petrus de Fescho pro nobis tenet; et affrontat ab oriente in camino publico, ab accidente in terra Berengarii Cornilii. Et unum par gallinarum quod annuatim censualiter in festo Omnium Sanctorum accipimus et accipere debemus in quodam orto quem Adalais de Pinibus pro nobis tenet in loco uocato Cardeneriis, et affrontat ab oriente in terra Arnalli Arberti, ab accidente in camino. Et unam gallinam quam annuatim censualiter accipimus et accipere debemus in dicto festo in quadam fexia terre quam pro nobis tenet Guilielma, uxor Raimundi Pomete in loco uocato Fenestris; et affrontat ab oriente in terra Berengarie Massote, ab accidente in terra Berengarie Iohanne. Et duas taschas expletorum quas accipimus et accipere debemus in duobus campis quos Maria Niela pro nobis tenet, quorum unus est in loco uocato Col, et affrontat ab oriente in tenedone dicte Marie, ab accidente in carraria; et alius est in loco uocato Canalí, et affrontat ab oriente et ab accidente in tenedone dicte Marie. Et tres migerias frumenti ad rectam mensuram de Monellis quas annuatim censualiter in festo Sancti Felicis accipimus et accipere debemus in quodam campo quem in loco uocato Codenyers pro nobis tenet Petrus Nicholay; et affrontat ab oriente in honore Marie Poncie, ab accidente in terra Adalais Ruffine. Et duas taschas expletorum quas accipimus et accipere debemus in quadam fexiia terre quam in dicto <loco> dictus Petrus pro nobis tenet, et affrontat ab oriente in terra Marie Poncie, ab accidente in terra dicti Petri Nicholay, et unam gallinam censualiter quam annuatim accipimus et accipere debemus in quodam orto quem tenet pro nobis Maymonus Amati, clericus; et affrontat ab oriente in hospicio nostro, ab accidente in uia publica. Et partem nostram tasche expletorum quam nos et abbas Sancti Felicis accipimus et accipere debemus in quodam quadrono terre quem Bernardus Rastelli pro nobis et dictum abbatem tenet loco uocato Berraueyla, et affrontat ab oriente in terra Petri de Fescho, ab accidente in uia publica. Et tascham expletorum quam accipimus et accipere debemus in quadam fexia terre quam dictus Bernardus Rastelli pro nobis tenet in loco uocato Podio de Finestres, et affrontat ab oriente in terra Raimundi Pomete, ab accidente in honore Berengarii Buffi; et tascham expletorum quam accipimus et accipere debemus in quadam fexia terre quam pro nobis tenet Berengaria Buffia in dicto loco, et affrontat ab oriente in terra Raimundi Pomete, ab accidente in honore Berengarii Buffi. Et tascham expletorum quam accipimus et accipere debemus in quadam fexia terre quam dictus Berengarius pro nobis tenet loco uocato Tresçopug, et affrontat ab oriente in honore Raimundi de Fenestris, ab accidente in honore Berengarii Buffi et Guilielmi Iohannis. Et directum dominium quod habemus in quodam campo quem dicta Berengaria Buffia pro nobis tenet, de quo non dat census neque agraria, in loco uocato Podio Aber, et affrontat ab oriente in uia publica, ab accidente in honore Bernardi Dominici et Petri Palacii. Et quatuor denarios barchinonenses de terno quos annuatim censualiter accipimus et accipere debemus in uinea et terra in qua sedet, quam Ferrarius Monerii tenet pro nobis loco uocato Açtol; et affrontat ab oriente in honore Poncii Petri, ab accidente in honore Poncii Petri et Guilielmi de Catiano. Item uendimus uobis et dicto officio camere et succedentibus uestris perpetuo, per liberum et franchum alaudium directum dominium et totum ius quod accipimus et accipere debemus in omnibus dictis campis et fexiis et uineis et terris in quibus sedent. Predictos quidem census et taschas et directum dominium et totum ius que et quos et quas in predictis campis et fexiis et uineis et terris in quibus sedent accipimus et habemus et accipere

et habere debemus, uobis et dicto officio camere et succedentibus uestris perpetuo per liberum et franchum alodium uendimus et tradimus, ut melius dici uel intelligi potest ad uestrum et succedentium uestrarum bonum intellectum et comodum, precio mille octuaginta solidorum barchinonensium de temo, quos confitemur a uobis habuisse et recepisse de bonis dicti officii camere, renunciando excepcioni non numerate peccunie. Et si forte amplius. ualent uel ualebunt de cetero ex hoc precio supradicto, totum uobis donamus donacione irreuocabili inter uiuos renunciantes scienter excepcioni doli et metus et auxilio illius legis qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur et iuri ingratitude et omni alii iuri contra hoc uenienti. Et ideo predicta de nostro et nostrorum iure, posse et dominio eicimus, eadem in uestrum et dicti officii camere ius, posse et dominium libere transferendo; et constituimus nos predicta omnia que uobis uendimus possidere uel quasi nomine uestro et dicti officii camere, donec corporalem et uacuum eorum possessionem acceperitis, quam uestra propria auctoritate quando uelitis possitis accipere et deinde perpetuo retinere ad omnes uestras et succedentium uestrarum uoluntates per liberum et franchum alodium faciendas, sine aliquo retentu quod ibi uel inde non facimus, omnibus nostris et nostrorum uocibus <et> iuribus inde perpetuo extinctis et penes uos et dictum officium camere remanentibus et translatis. Promittentes uobis et uestris per nos et nostros predicta uobis semper in pace per liberum et franchum alodium facere habere et tenere et esse inde uobis deffensores et guirentes contra cunctas personas; uerum si qua persona ibi uobis uel succedentibus uestris aliquid tetigerit, exigerit, emparauerit, contrariauerit siue questionem uel demandam contra uos uel succedentes uestros mouerit, nos ante ingressum litis statim promittimus nos ante uos et succedentes uestros ponere et honus litis super nos et nostros recipere, et totam causam ducere ad effectum a principio usque in finem, et inde uos et succedentes uestros deffendere et indempnes seruare in iudicio et extra cum nostris propriis missionibus et expensis; et si forte pro deffensione predictorum sustinueritis dampnum uel grauamen siue aliquas missiones feceritis uel expensas in iudicio uel extra, totum uobis et succedentibus uestris restituere promittimus, et inde credamini uestro simplici uerbo sine testibus et iuramento. Et pro predictis uobis complendis et de euiccionem et omni interesse quisque Nostrum in solidum obligamus uobis et succedentibus uestris et dicto officio camere et notaria infrascripto. tamquam publice persone hec et omnia et sirtgula predicta et infrascripta stipulanti et recipienti nomine uestro et dicti officii camere nos et nostros, omnia bona nostra habita et habenda ubique, renunciantes beneficio diuidende accionis et omni alii iuri contra hoc uenienti, iurantes per Deum et eius sancta .nu.or Euangelia corporaliter tacta hec omnia attendere et complere et contra numquam uenire. Rursus ego dicta Ferraria, de iure meo cerciorata renuncio sub uirtute dicti sacramenti beneficio senatus consulti Uelleyani et iuri ypothece quod habeo in bonis uiri mei racione mei sponsalicii uel alio modo. Ad hec ego Fferrarinus, filius dictorum uenditorum, recognoscens reddidisse dictis patri et matri mee donum quod de bonis suis mihi fecerant, diffinio et remito uobis dicte camerarie et succedentibus uestris et dicto officio camere et notaria infrascripto tamquam publice persone hec omnia et singula predicta et infrascripta stipulanti et recipienti nomine uestro et dicti officii camere totum ius quod racione dicti doni et racione hereditatis et legitime mee pateme et mateme uel alia quacumque racione habeo et habere debeo in omnibus et singulis superius uobis uenditis ad omnes uestras uoluntates per liberum et franchum alodium faciendas sine aliquo meo et meorum retentu, iurans per Deum

et eius sancta .un.or Euangelia corporaliter tacta hec omnia semper habere grata et firma et numquam in aliquo contrauenire.

Actum est hoc sexto idus aprilis anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo. Sig+num dicti Ferrarii de Carciano, sig+num dicte Ferrarie uxoris eius, sig+num dicti Ferrarini, qui hec laudamus et firmamus. Testes sunt Amaldus de Pontonibus, miles et Raimundus Arberti et Amaldus de Sols, ambo de Crudiliis, et Bernardus Guilielmi de Agnis et Guilielmus clericus de Quarciano.

Sig(s. man. )num Iacobi Martini, notarii de Crudiliis et eius terminis, qui hoc scripsit et clausit cum litteris rasis et emendatis in undecima linea, ubi dicitur "Burgesia no bis", die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 613-618